



QK. 188, 25



CATALOGVS
OPERARVM ET LECTIÖNVM
CLASSIS PRIMAE
ILFELDENSI S LITTERARVM DOMICILII
FAVCEΣ HERCINIAE
SVPERIORVM CONFIRMATVS AVCTORITATE
DIEQUE VII AVGUSTI, MDCCXV
PVBLIÇATVS

ILFELDAE

A. R, G, MDCCXV



Imprimatur

Königliche Groß-Britannische zum Ehre-
fürstlichen Graunschw. Lüneb. Consis-
torio verordnete Consistorial und
Kirchen-Räthe/

Verhard Abt
zu Locum,



BONO CVM DEO
SIngulis diebus ab hora sexta matutina, vsque ad se-
ptimam; et ab hora septima vespertina, vsque ad
octauam, congregatis vtriusque classis auditoribus, hy-
mni, et preces publicae, interposita lectione capitis ali-
cuius biblici, secundum praescriptum Superiorum
as
instituuntur.

LECTIONES PVBLICAE

classis superioris
DIE LVNAE

ANTE MERIDIEM

POST MERIDIEM

ab

hora septima vsque ad octauam:

Eloquentia, Latinae lin-
guae facultas, stilus,
lectio et imitatio M. T.
Ciceronis: cui subiunguntur Francisci Sanctii,
Casparis Scioppii gram-
maticalia. Sub finem

ab

hora prima vsque ad secundam

Matheseos tractatio ad ca-
ptum et usum iuuenum
adcommodatur, secundum
Beniamini Hederichii in-
troductionem germani-
cam: consuluntur ab iis, qui
iam progressi in disciplinis,

et

et

horae exercitium stili pro- et vberius proficere cupi-
ponitur, domi a discipu- unt, tabulae mathematicae
lis elaborandum, et a ma- Io. Christophori, et Leon-
gistris emendandum pri- hardis Sturmii, Christiani-
uata industria. que Wolffii commentatio-
nes.

ab

hora octava usque ad nonam

ab

hora secunda usque ad tertiam

Historia ciuilis vniuersalis
antiqua, media, noua se-
cundum ductum Christo-
phori Cellarii: cum quo
confertur chronicon, siue
synopsis historiarum Mi-
chaelis Neandri, et tabu-
lae chronologicae Chri-
stophori Schraderi.

ab

hora nona usque ad decimam

Geographia antiqua, me-
dia, et noua ad eiusdem
Cellarii libros, cum lustra-
tione

Rhetorica, oratoria, cum
interpretatione elegantio-
rum orationum Ciceronis:
et alterna vice Petri Cu-
naci, quae omnibus viden-
tur praferendae, iungun-
tur cum notis et obser-
uationibus Cellarii.

tione , et explanatione
tabularum geographica-
rum. additur etiam pro-
pter puram, et illustrem
breuitatem Michaelis Ne-
andri orbis terrae succin-
eta explicatio.

DIE MARZIS

ANTE MERIDIEM

Lectionum et opera-
rum similis cum die Lunae
circulus est.

POST MERIDIEM

Continuantur lectiones,
quae diei Lunae fuerunt di-
catae.

DIE MERCVRII

ANTE MERIDIEM

Pertexuntur laborum
fila , sicuti incoata diebus
superioribus.

POST MERIDIEM

Feriae publicae.
Discendi vero cupidis patet
praeter lectiones priuatas
in omni necessario genere
eruditionis atque doctrinae
BIBLIOTHECA publica;
et exhibentur praestantio-
res libri ad praestabilia ex-
cerpenda.

DIE

DIE IOVIS

ANTE MERIDIEM

ab

hora septima usque ad ottauam,
et nonam:

Disciplinarum philosophicarum prima elementa
et principia docentur ex
compendiis Tollianis et
Dransfeldianis, ea ratione,
ne iuuenes conqueri ne-
cessse habeant: Necessaria
ignoramus, quia non ne-
cessaria didicimus.

ab

hora nona usque ad decimam:

Lectio, explicatio, imita-
tio C. Iulii Caesaris,
Liuji, et successu tempo-
ris reliquorum scripto-
rum, qui famae indicio
ac vetustate noscitantur.

POST MERIDIEM

ab

hora prima usque ad
secundam

Mathesis tractatur
quemadmodum die Lunae,
ac Martis.

ab

hora secunda usque ad tertiam

Graecitas, Graeca lin-
gua, grammaticae cognitio
melior: cum qua sociatur
nouum testamentum, scri-
ptores Graeci, vicibus alter-
nis, Paeanii metaphrasis
Eutropii breuiarii Romanae
historiae; Aelianus, Hero-
dia-

dianus ; Isocratis , Demo-
sthenis selectiora, Pythago-
rae, et Phocylidis carmina,
Cebetis tabula , Epictetus ,
Theophrasti characteres
morum, reliqui : et subinde
quaedam ex poetis, Hesio-
do, aut Homero, yti haben-
tur in opere aureo Neandri-
no, et diuersis aristologiis.

DIE VENERIS

ANTE MERIDIEM

ab

POST MERIDIEM

ab

hora septima usque ad octauam : hora prima usque ad secundam

Lectiones doctrinae san- Historia litteraria, noti-
ctoris instituuntur, piae- tia eorum , quae faciunt
ter meditationes singulo- ad statum rei publicae litte-
rum dierum, ab hora ma- riae de viris doctis, co-
rutina sexta, usque ad se- rum scriptis, et incremen-
ptimam , et ab septima tis scientiarum; item de ar-
vespertina, ad octauam , tium inuentoribus, earum-
ex compendio theologiae que progressione.

Ioannis Henichii : ubi ad

de-

definitiones, et praecipuas
quaestiones, vna cum di-
ctis probantibus respici-
tur protissimum, illustra-
turque sine ambage.

ab

hora octaua usque ad nonam:

Disciplinarum philoso-
phicarum prima elemen-
ta, et principia exponun-
tur, vt die superiori.

ab

hora nona usque ad decimam

Linguae Graecae stu-
dia vrgentur, quemadmo-
dum die anteriore ab ho-
ra secunda vsque tertiam
excoli coepit.

ab

hora secunda usque ad tertiam

Poesis Latina , cum le-
ctione poetarum , Virgili ,
Horatii , Ouidii librorum
selectiorum : simul tradun-
tur brevia praecepta de
carminibus ad veterum i-
mitationem artificiose
componendis. Neque o-
mittuntur, quae in poetis
ad mythologiam, et variam,
reconditamque antiquita-
tis doctrinam percipien-
dam attinent.

DIE



DIE SATVRNI

ANTE MERIDIEM

ab

hora septima usque ad
octauam

Antiquitates Romanae,
rituum, qui apud Roma-
nos, et reliquas gentes
cultiores obtinuerunt, ex-
plicantur: et ex Graeuii,
Gronouii, Begeri thesa-
ris repraesentantur, quae
ad intelligentiam faciunt
interiorem,

ab

hora octaua usque ad nonam

In poesi Latina et Ger-
manica exercentur inge-
nia.

ab

hora nona usque ad decimam
et undecimam

Repetitiones lectionum
per hebdomadam exposi-

POST MERIDIEM

Feriarum publicarum vi-
ces sunt, vti die Mercurii.

Sapiunt illi iuuenes, et e-
runt felices, si studia ipso-
rum semper sunt propen-
sa in virtutem: si omnia,
quae didicerint, et lege-
rint, ad vitae rationem re-
ferant, hoc proposito, vt
deuitent omnis peccati
matrem, voluptatem, at-
que desidiam. Attendunt,
quod magna vitac pars e-
labatur male agentibus,
maxima nihil agentibus,
tota aliud agentibus. Pro-
perant, vigilantque, qui-
bus cor sapit, ne relin-
quantur in fuga temporis
irreuocabilis.

B

ta-

DIE 21
tarum, cum expromtis re-
citationibus certorum
penorum, vel ex antiquis
et prudentibus, vel recen-
tioribus oratoribus et hi-
storicis: vel elaboratorum
sermonum ab ipsis iuue-
nibus lingua Latina, patria,
neque non interdum
Graeca, soluta et ligata:
item exercitia disputato-
ria, dialogi, disquisitiones
de variis rebus litterariis,
historicis, philologicis,
philosophicis instituuntur
cum praeparatis et erecti-
oribus ingeniis, sed sine
ventosa contentione, et
subdola calliditate, uti
monet Iustus Lipsius in
politiorum libris, et pas-
sim Ioannes Caselius.

LE.
Biblioteca Legiounum
Imperiorum Exobi-

LECTIONES PRIVATE

Accommodantur hae pro necessitate, et utilitate
ingeniorum; ac prout parentes et cognati iuuenium
expetierint.

DIEBVS LVNAE

MARTII

IOVIS

VENERIS

vel explicantur optimi scriptores, repetunturque;
exercentur in stilo per periodos, epistolas, orationes
qua Latinas, qua Germanicas scribendas: vel aperi-
untur scholae Graecae: vel in historicis feligitur Pu-
fendorffii introductio regnum, ac statuum Euro-
pae; Sagittarii nucleus, quo origines, ac imminutio-
nem Germanici imperii per singulorum caesarum hi-
storiām exhibit.

Ac quia cum historia arcta cognatio intercedit ge-
ographiae, chronologiae, genealogiae, et heraldicae,
subsidia quoque haec necessaria non praetermittuntur.

In historia ecclesiastica compendium theologi
Helmstadiensis et abbatis Mariaeuallenensis, Io. Andreac
Schmidii, cum Neandri historiola ecclesiae, siue po-

puli Dei , politiae eiusdem , et rerum publicarum di-
spicitur . Pro scopo iuuenum etiam litteratura politior ,
iuxta atque mathematicae disciplinae , ac similia , coli-
solent , posuntque .

DIEBVS MERCVRII

et

SATVRNI

Feriis publicis , horis pomeridianis , lingua quoque
Hebraea , cultura eloquentiac , et poeseos vel Latinae ,
vel Graecae , vel Teutonicae vberior vrgetur priua-
tim , si quae ingenia serio feruntur ad eas suauitates .

Ipsis diebus Mercurii et Saturni possunt iuuenes de
voluntate parentum , confensione cognatorum distin-
guere studia culatione linguae Gallicae , graphices , arte
terendi ac poliendi vitra , musica et ludis saltatoriis per
peritum magistrum , qui fouetur extra ordinem , subla-
ta tamen abusione , ne nauseare incipient ad bonas lit-
teras , legitimamque eruditionem .

BONO

BONO CVM DEO
LECTIONES PUBLICAE
CLASSIS SECUNDÆ

DIE LVNAE

ANTE MERIDIEM

ab

hora septima usque ad octauam:

Dicta sacrae scripturae
ab Henrico Tollo, se-
cundum seriem locorum
theologicorum digesta.

ab

hora octaua usque ad nonam:

Grammatica Latina An-
dereae Reyheri, sive Chri-
stopori Cellarii; aut epi-
tomator Sanctii et Scio-
pii.

ab

hora nona usque ad decimam

Epistolae selectiores et
breuiores M. Tullii Ci-
ceronis, cum imitatione,
additis elegantiis et for-
mulis collectis a Michaele

POST MERIDIEM

ab

hora prima pomeridiana usque
ad secundam

Arithmetica practica,
cum elementis geometri-
cis primis.

ab

hora secunda usque ad tertiam

Cornelius Nepos, cum
stili exercitatione, vel i-
mitatione, artificio perio-
dorum: subinde ex Lat-
ino quaedam transferun-
tur patrium in sermo-
nem: ac quae versa, trans-
funduntur iterum in Lat-
inum, libro ablegato.

Nc-

Neandro, Ge. Fabricio,
et Io. Starckio.

DIE MARZIS

ANTE MERIDIEM

Eaedem operaet lectio-
nes cum superiore ha-
bentur die.

POST MERIDIEM

Similes scholae aperi-
untur, ut indictae.

DIE MERCVRII

ANTE MERIDIEM

Eadem studia, quae die
Lunae, et Martis exulta.
In Antonii Schori, Stephani
Doleti phrasibus, et Sci-
oppii obseruationibus lin-
guae Latinae ediscendis
studium operaque poni-
tur, cum cottidiano exer-
citio. Interponuntur idem-
tidem elogia ciuium Ro-
manorum ab Io. Papirio
Massone ex Cicer. collecta.

POST MERIDIEM

Feriae publicae.

Discendi studio accensis
conceditur etiam usus BI-
BLIOTHECAE publi-
cae. Lectiones priua-
tae de voluntate parentum
et cognitorum frequenta-
ri possunt pro necessitate,
et utilitate,

DIE IOVIS

ANTE MERIDIEM

ab

hora septima usque ad octauam:
Grammatica Graeca

POST MERIDIEM

ab

hora prima usque ad secundam
Geographia Cellarii anti-
Rey-

Reyheri vel Blechii: cui
lectio et analysis nonnul-
lorum versuum Graeco-
rum ex novo testamento
iungitur.

ab

hora seprima usque ad octauam:

Nili, aliarumque senten-
tiarum Graecarum a Ne-
andro, Lubino, Schreue-
lio collectarum explana-
tio, et expositio Nicolai
Damasceni de moribus
Graecorum, aliarumque
gentium libelli.

ab

hora nona usque ad decimam

Historia Christophori Cel-
larii antiqua, media, noua,
per praecipuas teutoni-
cas quaestiones exscripta,
cum Christophori Schra-
deri tabulis chronologicis.

qua, media, noua, per quae.
stiones Germanicas dispo-
sita: vbi cum mappis sum-
me necessaria et utilia pro
incipientibus dispiciuntur.

ab

hora secunda usque ad tertiam

Phaedri fabulae Aesopicae, Terentii comoedi-
ae, exque iis selectiora, alternis semestribus. Adhi-
betur vna phraseologia
comica Feindiana. Sub
finem horae, proponitur
stili exercitium, vel imita-
tio, vel exercitatio ver-
sionis.

DIE

DIE VENERIS

Lectiones huius diei respondent per omnia
antecedenti.

DIE SATVRNI

ANTE MERIDIEM

ab

hora septima usque ad octauam:

Prosodia Latina, pri-
ma elementa poetica, cum
interpretatione Ouidii li-
brorum Tristium, et epi-
stolarum ex Ponto.

ab

hora octava usque ad nonam

Exercitia ligatae orati-
onis, pro captu aetatis et
ingeniorum.

ab

hora nona usque ad decimam,
et undecimam

Repetitio generalis o-
mnium lectionum per
hebdomadam finitarum,
in primis dictorum bibli-
corum, et capitum doctri-

POST MERIDIEM

Feriae publicae, vti die
Mercurii.

Singulis quoque die-
bus exerceri possunt iu-
uenes priuatim, prout ra-
tiones ipsorum flagitaue-
rint.

nae fidei, sententiarumque
ad vitam bene et pruden-
ter agendam facientium
expromta recitatio.

AK Yc 957

ULB Halle
004 081 838

3






Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-174625-p0020-2

DFG



Y
C
957

QK 188, 25
CATALOGVS
OPERARVM ET LECTIONVM

CLASSIS PRIMAE

ILFELDENSIS LITTERARVM DOMICILII

FAVCEΣ HERCINIAE

SUPERIORVM CONFIRMATVS AVCTORITATE

DIE QVE VII AVGVSTI, M DCCXV

PUBLICATVS

ILFELDAE

A. R, G, M DCCXV

